

ACTA GENERALIS VIII: SYNODI:

- Iohan. 15. d. Mar. autem spūs, Qui ex patre procedit. Hæc volui dixisse, nō inficius opus eē, vt hæc nobis sint nota, & in omnibus sessionibus mentionem de his faciamus. ¶ Omnis superua caneis, Patres amp. quæ reuerendus hic pater in sui sermonis exordio protulit, quæ doquidem in his nō differimus, ad eius interrogationem solūmodo respondebo. Verbum, processio, aliter quidem in rebus humanis, aliter vero in diuinis psonis significat. Et quamuis duabus diuinis psonis conueniat, iuxta tamen scripturam sacram ac omnes sanctos doctores, & exactam rationē theologiæ, sancti spūs processioem p̄cipue creditur significare: cuius qdem sancti spūs eētialis processio a filij processioe idē ipso verbo differre videt, ob idq; processio filij, generatio nuncupatur: spiritus vero p̄cipue magisq; proprie processio nominatur. Multa nanq; noia sunt, q̄ res alias proprie, alias vero cōmuniter significāt. Propterea nō est admiratione dignū, si verbū, processio, apud scripturam sacrā filio etiā ascribatur. Exiui aut a patre, nō idem est cū verbo, procedere, sed aliud significare videtur. Ideoq; spūs sancti processio, ineffabilis, & carēs nomine a theologis nominatur: q; filij processio, hoc est, generatioem, minus obscuro q̄ spūs processioem p̄cipimus. Propterea beatus Iohānes Damascenus de spiritus processioe ita scriptū reliquit, Alia ratio eētiae huius est ineffabilis quidē, ac innominabilis, alia inquam a filij generatione. Hæc tenus ad tuam interrogationem.
- Iohan. 16. d. ¶ Ex tua responsione P. reuer. capita tria collegimus. Primū, processioem filio spirituiq; cōmunem esse, quatenus ex patre procedant, alterę processioem ipsam magis proprie ad spiritum q̄ ad filiū p̄tinere, ob idq; verbi processioe id est, generatioe magis q̄ spūs processioem nobis notam eē: postremā eandē ipsam processioem, eētialem & substantialem eē. Nūc de tertio capite ex te quæro. Cum in diuinis psonis nil aliud sit, nisi eētia & proprietates atq; relatio, qd nā hæc verba significēt? Processio est eētia in diuina plona, num eētiam significat vel proprietatē ab altero accipere? Processio nāq; videtur eē via ab vno in aliud, & eētialis existit, quæ quidem a patre accipitur. Et qm̄ ip̄i credimus accipere eētiam, & ex filio eē, idem significare, idcirco velim ex te scire, an vos etiā ita sentiatis. ¶ Eam intelligo processioem eē, qua sanctus spūs a patre accipit eē, ac illud totum, quo est q; q; proprie sanctus spiritus nūcupatur.
- Mar. ¶ Magno equidem gaudio afficior, q; hanc ex te conclusionem habuerim, sanctum spiritum ex patre accipere eē, ac ex ipso procedere idē significare. Nā si sanctus spūs a quo eē accipit, ex eodem q; q; procedit: accipit autē eē ex filioq; ergo ex filioq; necessario procedit, iuxta p̄cipuā ac propriā processiois significantiā, quam ip̄i paulo ante concessisse videmini. Possumus autē q̄ plurimis testibus demonstrare sanctum spm̄ a filio eē accipere. ¶ Vnde obsecro id habetis? Nos enim hoc non concedimus.
- Iohan. ¶ Videor videre. P. amp. quod quæro facile posse cōcludere. Nā sanctū spiritum ex filio eē, ac ab ipso eē accipere, ex sancti Epiphani q̄ dictis ostenditur: quippe q̄ in sermone angyroto nūcupato, e Græco in latinum ab Ambrosio verso, loquens de deo patre inquit, Ita, filium dico eum, q̄ ex ipso est, sanctū autē spiritū, q̄ ex vtroq; est. Si quidem igitur sanctus spūs apud Epiphaniū ex vtroq; est, sequitur ip̄i ex vtroq; habere eē. Amplius idē Epiphanius in eodem sermone (inquit) quæ admodū nemo nouit patrē nisi filius, nec filium nisi pater, ita dicere audeo, nec sanctū spm̄ nisi pater & filius, a quo accipit, & procedit, neq; patrē & filiū nisi spūs sanctus, qui vere glorificat, docens oīa, qui quidem est a patre & filio. Ex his igitur Epiphani q̄ dictis apparet, ex patre & filio spiritū accipere eē, & ex patre filioq; accipere, idem significare: vnde sequitur sanctum spiritum a patre & filio accipere eē. ¶ Id nō probasti, P. reuerende, quod nos bis iusti pollicimur, scilicet sanctū spm̄ a filio accipere eē, quandoquidē nullā sanctorū auctoritatem ad ostendendū illud attulisti, neq; sancti Epiphani q̄ verba videntur illud cōcludere. Nō em̄ sequitur necessario, si sanctus spūs ex patre filioq; eē, vt ab ip̄is etiā habeat eē, quandoquidem quicq; ex alio eē, multis modis accipitur, ita vt minime necesse sit, vt omne, qd ex alio sit, ab ipso etiam eē habeat. Epiphani q̄ dictū, nō solū non ad tuā sententiam p̄tinere, verū etiam tibi plurimū obflare videtur. Non em̄ (inquit) sanctus spūs a filio eē accipit, v̄ simpliciter accipit. Quā quidē sententiā ex hoc euangelio habuit, de meo accipiet, & annūtiabit vobis. Porro autē si sanctus Epiphani q̄ us sensisset, vt vos ip̄m interpretamini, ita profecto dixisset, nemo nouit patrē & filiū, nisi spūs sanctus a quibus procedit, & a quibus accipit: quo quidem locutionis modo verbum